Ne hic nos enecas quatuor quadraginta illi debentur minę
Et ſors & foenuſ tantum eſt. Da nihilo plus peto
Tra Velim quidem hercle ut uno nummo plus petas
Da Adoleſcenſ mecum rem h̄t nempe abſte petit
The Petito craſ abeo. Da ſat heo ſi craſ fero
Tra Malum quod dij deęq; omneſ duint
Ita mea conſilia perturbat planiſſime
Nullum edepol hodie genus ē hominū tetriuſ
Nec minuſ bono cum iure q̃ daniſticum.
The Qua in regione iſtas ediſ emit filiuſ
Tra Ecce autem perij. The diciſ ne hoc quod te rogo.
Tra Dicam. ſ; nomen domini quero quod ſiet
The Age comminiſcere ergo. Tra quid agam nunc iam.
Niſi in uicinum hunc proximum mendacium
Eaſ emisse ediſ huiuſ dicam filium.
Calidum hercle audivi ēē optimum mendaciū
Quicquid dei dicunt id decretum eſt dicere. Th quid igitur iam comentus
Tr Dij iſtum perduint immo iſtunc potiuſ de vicino hoc proximo
Tuiuſ emit ediſ filius. The bona fide. Tra ſiquidem eſ argentum
Redditurus tua bona ſi redditurus non eſ non emit bona
The Non in loco emit perbono. Tra immo optimo. The cupio hercle inſpicere
Haſ ediſ. pulta dum foreſ atque euoca aliquem intus a teterno.
Tra Ecce autem iterum nunc quid dicam neſcio iterū iā ad unū ſaxum
Me fluctus efferunt quid nunc hercle q̄d nunc faciam: ecce manifeſto teneor
The Euocadū aliquem foras roga circūducat
Tra Heus tu: at hinc ſunt mulieres uidendum ē primum
Vtrum eſſe uelint ne an non uelint. The bonum equumq; oras
Percontare & roga. ego hic tantiſper dum exiſto operiar foris
Tra Dij te deęq; omnes funditus perdant ſenex
Ita mea conſilia undique oppvgnas mala
The Ego illum ante ędiſ preſtabo ludificatorē meum
Cuius ego hic ludificabo corium ſi uiuo probe
Tra Reſ palam eſt. nunc te uidere meliuſ eſt quid agaſ tranio
Docte atque aſtute mihi captandum ē cū illoc ubi huc aduenerit
Non ego illi extemplo ita meum oſtendam ſenſum
Mittam lineā diſſimulabo me horū quicq̄ ſcire

Lizenz: CC-BY-NC – Cologny, Fondation Martin Bodmer, Cod. Bodmer 138, f. 120v – Plautus, Comedies (http://www.e-codices.ch/de/fmb/cb-0138/120v)